

o no gela quissiese dar (2) quando gela demandasse, non poniendo ante si alguna razon derecha (3), mas seyendo rebelde, non gela queriendo dar fasta que gela ouiesse a demandar (4) el otro por juyzio, e fuesse dada sentencia contra aquel que la tuiesse assi, dezimos, que le deve tornar aquella cosa misma; e porque fue rebelde fasta que dieron la sentencia contra el, deve pechar, demas desto, la estimacion de aquella cosa a bien vista del Judgador, porque erro, quan'lo en su entendimiento, bien assi como si la forçasse (a).

(a) Segun el art. 426 del Código penal de 1848, son «reos de hurto los que con ánimo de lucrarse negaren haber recibido dinero ú otra cosa mueble que se les hubiere entregado en préstamo, depósito ó por otro título que obligue á devolución ó restitución» y por tanto deberán castigarse con las penas establecidas en los artículos siguientes del mismo Código.

LEX XII.— Qui rem alterius nomine tenet, et sine justa causa peccanti domino non restituit, sed sententiam expectat, non solum tenetur ad restitutionem rei, sed etiam ad aestimationem arbitrio iudicis, tamquam vim faciens. Hoc dicit.

(1) *En su nome.* Habebit ergo locum ista lex in tutore, qui finita tutela non restituit, secundum Alberic. post Odofred. in dict. l. non ab re, cum hæc et illa lex indistincte in omnibus habentibus causam ab agente loquantur. Item et procedet, secundum Baldum ibi, in habente temporalem usufructum, qui finito tempore non vult restituere. Ego tamen in hoc exemplo fructuarii dubito, quia fructuarius non possidet pro proprietario, seu ejus nomine, sed suo, et dicitur habere quasi possessionem civilem, et naturalem ipsius juris usufructus, et res usufructus possidet naturaliter, Glossa, et Bart. in l. 1. §. interdictum, D. de vi, et vi armat. Alex. in l. 3. §. ex contrario, columna. 11. D. de acquir. poss. unde neque ista lex habebit locum in creditore, qui soluto debito non vult pignus restituere, secundum Salicet. in dict. l. non ab re, in fine, quia est lex pœnalis.

(2) *Non gela quissiese dar.* Concordat cum l. non ab re, C. unde vi, et cum l. conductores, C. locati, et cum l. 18. tit. 8. ubi vide, quæ dixi Partit. 5.

(3) *Alguna razon derecha.* Qualis erit ista, vide per Glos. et Doct. in dict. l. non ab re. non enim esset justa exceptio, si diceret rem esse suam, sicut neque possent invasores, cum isti talibus æquiparantur, ut hic in fine, et notat Salicetus in dict. l. non ab re. Quid autem si non ageret conditione ex lege ista, seu dictæ l. non ab re, vel l. si quis conductionis, C. locati, sed ageret actione locati, tunc conductor posset excipere de suo dominio etiam ad non solventum pensionem; de dominio tamen alieno non posset excipere, quia etiam prædoni locanti debet respondere de mercede, et res restitui, l. si urbana, D. de cond. indeb. et tenet Angel. in dict. l. non ab re.

(4) *A demandar.* Et qualiter concipiet libellum ponit Gloss. in dict. l. non ab re.

LEY XIII.— Como, aquel que fuerza lo cosa que auia dado en peños a otro, pierde porende el señorio que auia en ella (a).

Empeñando vn ome a otro alguna cosa, entregandolo de la possession della en razon de empeño, si después desso gela tomasse por fuerça el por si mesmo, pierde (1) porende el derecho, e el señorio que auia en ella. Ca, aquel que tiene la cosa que assi es empeñada, como quier que non ha el señorio della, con todo esso, ha verdadera tenencia (2); e porende non gela deuen tomar, fasta que sea pagada la deuda que auia sobre ella (b).

(a) L. 4, tit. 4, lib. 4 del F. R.—L. 1, tit. 34, lib. 11 de la N. R.

(b) Véase el número 1 del art. 443 del Código penal de 1848.

LEY XIII.— Creditori pignus traditum à debitore, si ipse debitor vi auferat, perdit ejus dominium, licet creditor veram possessionem pignoris non habeat, habet tamen veram tenutam. Hoc dicit.

(1) *Pierde.* Sequitur opinionem Gloss. in l. si quis in tantum, C. unde vi, vers. 8. quid si debitor, quam ibi approbant Dinus, Alber. Bart. et Baldus. Salicetus ibi distinguit, quod aut debitor facit causa juris sui conservandi, et tunc procedat opinio Pilei contraria, de qua ibi in Glossa: si tamen hoc esset, tunc procedet opinio Accursii: movetur Salicetus quia necdum creditor, sed etiam debitor dicitur pignus possidere, ut notatur in l. sciendum, §. creditor, D. qui sal. cog. ubi glossa notabilis: non tamen ego percipio, quomodo posset intrare causa juris sui conservandi, creditore pignus sibi traditum possidente, unde simpliciter intelligerem istam legem, si debitor creditorem à possessione pignoris vi expellat.

(2) *Tenencia.* Nota bene, non approbatur licet illa opinio communis, quod creditor verè possidet pignus civiliter et naturaliter, et probatur in l. si de eo, in princ. et ibi Bart. D. de acquir. poss. et in l. per servum, in princ. D. de acquir. rerum dominio.

LEY XIV.— Que pena merecen aquellos que por fuerza, sin mandamiento del Judgador, fazen a sus deudores que les paguen lo que les deuen.

Atreuidos son a las vegadas omes y ha, de tomar por fuerça, como en razon de prenda, o de paga, algunas cosas de aquellos que les deuen, algo; e como quier que aquellos sean sus deudores, tenemos que fazen desaguisado. Ca por questo son puestos los Judgadores en los lugares, porque los omes alcancen derecho por mandamiento dellos, e non lo pueden por ellos mesmos fazer. E porende dezimos, que si alguno contra esto fiziere, tomando alguna cosa de casa, o de poder de su deudor, que si algun derecho auia en aquella cosa que tomo, que lo deve perder (1) porende; e si derecho non auia, deve tornar lo que tomo; e por la osadia que fizo, deve perder el deudo que auia de auer de aquel a quien lo forço; e de alli adelante, non es tenuto el deudor de responder porende. E ha lugar esta pena, quando aquel que prendo a su deudor, lo fizo por fuerça, o de otra manera sin derecho, e sin plazer del (2) (b).

(a) Ley única, tit. 30 del Ord. de Alc.—LL. 1, 2 y 8, tit. 15, lib. 12 de la N. R.

(b) Segun el art. 411 del Código penal de 1848, «el que con violencia se apoderare de una cosa perteneciente á su deudor para hacerse pago con ella, será castigado con las penas de arresto menor y una multa equivalente al valor de la cosa, pero que en ningun caso bajará de 15 duros.»

LEY XIV.— Creditor rem à suo debitore loco pignoris auferens sua auctoritate, si jus habebat in ea, perdit illud, si non habebat, restituit rem, et perdit jus debiti. Hoc dicit.

(1) *Que lo deve perder.* Sequitur opinionem Gloss. in dict. l. si quis in tantum, C. unde vi, vers. 7. quid si erat invasori debita, vel sibi obligata, et ibi declarat Salicetus, col. 4. vers. quarto 10. et vers. 11. quarto; si ergo res erat invasori debita, perdit invasor jus quod habebat in re, seu ad illam rem, et si ammodo agat exceptione, repellitur: si verò tantum habebat jus pignoris, glossa prædicta voluit, quod perdat jus pignoris, et hypothecæ: Salicetus tamen ibi dicit, quod si non privaretur nisi jure pignoris, et non debiti, pœna esset nimis levis, neque esset satisfactum illi l. si quis in tantum, unde saltem, secundum eum tunc debet privari jure debiti, ad hoc l. penult. D. ad leg. Jul. de vi privat. et l. extat, D. quod metus causa, et istud approbat ista lex Partitarum: limita tamen et intellige, quando intravit rem causa juris sui conservandi, ut tunc tantum illud jus perdat; si verò intravit, et invasit, ut possessorem possessione privaret, et ipse possessor efficeretur, tunc punietur ac si rem alienam invasi-

set, et sic in aestimatione rei, secundum Angel. in dict. l. si quis in tantum, et idem vult ista lex cum in principio dixit, en razon de prenda, o de paga, ut procedat quando rem invasi, ut illam teneam pro pignore quantitatis mihi debite, vel ut in solumtum habeam, ut perdam jus debiti, quando aliud jus non habebam in re; nam si aliud haberem, illud perderem.

(2) *Sin plazer del.* Hoc dicit ob id quod notat in Gloss. de qua supra in gloss. proxima, allegans l. 3. C. de pignor. si ex pacto licuit rem ingredi, de qua latius per Doctores in dict. l. 3. et adverte quod ista lex procedit, quando agere vult actor civiliter, nam et posset agere criminaliter lege Julia de vi privata, quando creditor res debitoris sine auctoritate iudicis occupet, ut in l. fin. et ibi Bartol. et Angelus declarat, D. ad leg. Jul. de vi privat. Vide etiam in ista materia l. 11. tit. 15. Partit. 5. et l. 14. tit. 14. ead. Partit. 5. et vide quæ ibi dixi; et adverte, quod ista lex tollit dubium, circa quod ego ibi dubitavi perpendens aliquam contrarietatem inter illam l. 14. et illam l. 11. et tenendum est, quod etiam restituta re, quam creditor accepit pro pignore, perdit jus debiti, et sic illud argumentum à contrario sensu de dict. l. 14. in fine, non potest sumi per istam legem, vide etiam in ista materia l. 5. et 6. tit. 14. lib. 5. Ordinom. Regal. et l. 1. et 6. tit. 11. lib. 5. ejusd. Ordin.

LEY XV.— Que pena merecen aquellos que prendan a los omes del lugar en que mora algun su deudor (a).

Malas, e dañosas costumbres (1) vsan los omes a las vegadas, en razon de prender, quando han deudo contra otros que son moradores en otros lugares (2), de manera, que si non pueden auer sus deudas de aquellos que se las deuen, prendan, e fuerçan las cosas de los otros que les non deuen nada, que moran en aquellos lugares donde son sus deudores; e esto tenemos que es contra derecho (3) de ser ome prendado, o embargado, por deudo ageno (4) de que el nunca se obligo. E porende dezimos (5), que si alguno esto fiziesse, prendando, o tomando por fuerça alguna cosa en tal manera como esta, que deve tornar aquello que tomare, o prendare, con tres tantos de mas (b); e el derecho que auia contra su deudor, que lo deve perder porende, en manera, que de alli adelante non pueda demandar el deudo, nin sea el otro tenuto de le responder porende. E si por aventura algun ome fuesse tan atreuido, que prendiesse a otro (6) por tal razon como esta, non tan solamente deve perder el deudo que auia contra su deudor, mas dezimos que deve pechar otro tanto (c) de lo suyo, a aquel que prendio, o a sus herederos (7). E aun demas desto, deve rescebir alguna pœna en el cuerpo (d), segun aluedrio (8) del Judgador, por la deshonrra que fizo al otro.

(a) L. 1, tit. 6, lib. 5, y L. 4, tit. 4, lib. 6 del F. R.—L. 4, tit. 11, lib. 1; L. 2, tit. 19; L. 2, tit. 20, lib. 3; LL. 7 y 12, tit. 4, y L. 8, tit. 5, lib. 4 del F. R.—L. 4 del Estilo.—Ley única, tit. 16, y L. 1, tit. 18 del Ord. de Alc.—LL. 1 y 6, tit. 12, lib. 5 de las OO. RR.—L. 11, tit. 13, P. 5.—L. 1, título 1, lib. 10, y LL. 1, 2, 7 y 11, tit. 31, lib. 11 de la N. R.

(b) (c) (d) Las penas del triplo y duplo hace mucho tiempo que cayeron en desuso, y últimamente han sido derogadas todas las leyes penales anteriores á la promulgacion del Código de 1848 por su art. 494. De consiguiente en los casos de detenciones ilegales, deberá observarse lo dispuesto en el cap. 1, título 13, lib. 2 del Código; si con violencia en las personas ó cosas se toman bienes muebles ajenos, serán aplicables las penas de los robos expresas en el cap. 1, tit. 14, del mismo libro; y si hubiere usurpacion de bienes inmuebles, se guardará lo prevenido en el cap. 3, del mismo título y libro; pero deberá tenerse pre-

T. IV.

sente que es circunstancia atenuante, 3.ª de las que enumera el Código en su art. 9, «la de no haber tenido el delincuente intencion de causar todo el mal que produjo.»

LEX XV.— Pro alterius debito res tertii sua auctoritate capiens, aut pignorans, perdit jus debiti, et quod cepit, cum triplo restituet, et si ob hoc cepit hominem, perdit jus debiti, et tantundem capto solvet: pœna nihilominus corporali puniendus arbitrariè. Hoc dicit.

(1) *Costumbres.* Est ergo iniqua consuetudo, quod unus pro debito alterius capiat, vel pignoretur, ut hic, et in cap. 1. de injur. et damno dato, lib. 6. et authentic. habita, C. ne filius pro patr. et ibi notat Angelus.

(2) *En otros lugares.* De locis regni planum est, nam ista prohibitio ampla est intra loca unius, ejusdemque jurisdictionis, et regni, et dicit Bart. per textum ibi in l. 1. §. hoc itaque, D. si quis test. lib. esse jus fuer. quod non possunt etiam per iudicem concedi repræsalie propter factum subditi, qui jure ordinario potest coerceri, neque contra Universitatem sibi subditum, et idem tenet Jacob. de Bello Viso in authent. ut non fiant pignora, collat. 5. item Lucas de Penna in l. 1. C. ut nullus ex vicin. pro alien. vicin. deb. ten. lib. 11. dicit: Audite, et diligenter attendite, iusticiarii, et judicantes, qui sub prætextu collectæ Regis Curie debite, repræsalie facitis omnium de loco, prædasque interdum agitis velut hostes; nam et quod universitas alicujus municipii debet, singuli de ipsa universitate non debent, l. sicut, §. 1. D. quod cujus univers. quod dictum tu diligenter nota, et tene menti; nam et aliquando in regno isto visa est absurda ista, et tu fortè videbis, ut scias in individuo dictam auctoritatem Lucæ de Penna; pro quo etiam facit, quod trahit Baldus in l. ex hoc jure, col. 3. vers. 43. quæritur, D. de just. et jur. cum dicit, quod non servatur debita proportio exigendi, cum capitur unus pro alio, qui non debet capi, nisi pro rata, quæ tangit sibi per æs, et libram, ut notat in l. 1. §. quibus, D. quod cujusq. univers. et adde l. 15. tit. 2. Part. 3. et quæ ibi dixi.

Sed an possint concedi repræsalie contra non subditos contra dominum, et civitatem justitiam facere negligentes, munitione præcedente, et sententia iudicis spoliati super negligentia, et defectu iudicis ipsius spoliatis? Videtur, quod sic, ex auctoritate August. in cap. Dominus noster, 25. quæst. 2. et tradit latè Bart. in suo tract. repræsalium, col. 2. et 3. et tradit eleganter Baldus in authent. et omnino, C. ne uxor pro marito, ubi videbis multa notabilia, et elegantia dicta in ista materia, et inter cætera nota, quod repræsalie possunt concedi, non solum propter justitiam denegatam expressè, verum etiam propter moram non exhibitam justitiæ, secundum Bald. in cap. 1. col. 1. de milite vassal. qui contum. est, et vide Bart. in d. et. authent. ne fiant pign. et Socin. consil. 120. vol. 1. col. penult.

Sed dubium est, an cum videamus moram magnam fieri exhibitione justitiæ in regnis extraneis, ad possit facta aliqua præda per subditos alterius Regis fieri sequestrum de bonis, et mercantibus mercatorum illius regni, qui sunt in regno isto, ut sic facta monitione, et requisitione, et servatis aliis, quæ in hoc requiruntur ad talia sequestra in defectum justitiæ possit haberi recursus, et non meminime vidisse hoc decisum alicubi, licet in contingencia facti quæsierim; nam vidi decerni auctoritate regia, quod tale sequestrum fieret, et factum fuit, et postea facta compositione cum damnificatoribus, accedente auctoritate gubernatorum regni illius, unde tamen erant prædones, fuit jussum removeri sequestrum, et reddi bona mercatoribus; et si talis practica jure sustineri posset, videtur utilis, et via compendii, ut præda citius restituatur, cum tales mercatores instabant, ut in hoc fiat justitia. ut levetur sequestrum, et videtur quod fieri non potuit tale sequestrum, cum in effectu sit gravare alios pro aliis, contra istam legem et alias hoc disponentes, et quia tunc demum ad repræsalias potuit deveniri, cum prius tentata fuerint omnia civilia remedia, ut tradit Baldus in l. ex hoc jure, col. 3. D. de just. et jur. vers. 13. quæritur, et quia non es: incipiendum ab istis sequestrationibus, quæ regulariter sunt prohibite, l. unic. C. de prohib. sequest. penun. et 3. Part. tit. 9. in summa, ubi dixi, in contrarium videtur, quia cum timetur de transportatione rei, fit sequestrum, ut tradit Gloss. in dict. l. unic. et habetur in l. 1. tit. 9. Part. 3. nil mirum ergo si isto casu, cum idem timeatur, si posset fieri: item quia auctoritate regia interveniente videtur hoc fieri posse, cum concernat ordinationem in foro suo circa recuperationem talis prædæ, quo ordine fiat, nam cum ista causa, et ista instantia sit sua,

potuit circa hoc statuere, cum quilibet Rex, vel Civitas potest facere statuta circa ordinationem, quæ in foro ejus agitur, ut in istis terminis, quando datur in hoc ordo, tradit Bart. in dict. tract. *repræsentationum*, in 1. quæst. vers. *ad tertium*, in fin. tu cogita, quia articulus iste satis est mihi dubius.

(3) *Contra derecho*. Videtur enim contra jus divinum, Ezequielis 18. v. 20. «anima quæ peccaverit, ipsa morietur, et filius non portabit iniquitatem patris, etc.» Et contra æquitatem naturalem, ut in 1. unic. *C. ut nullus ex vicin.* lib. 11. et dict. cap. 1. *de injur. et dam. dato*, lib. 6. contra leges civiles, ut *C. ne uxor pro marito, et ne filius pro patre*, per totum, et in dict. l. 1. et in authent. *ut non fiat pignoratitio*, collat. 5. et contra jus cononicum, ut in dict. cap. 1. et contra jure regni, ut hic, et in l. 1. et 6. tit. 11. lib. 5. *Ordinam. Regal.* et l. 5. et 6. tit. 14. lib. 5. *Ordinam. Regal.*

(4) *Por deudo ageno*. Sed quid si universitas alicujus loci, seu major pars efficitur non solvendo, an reliqui, qui sunt solvendo compellantur solvere ultra debitas ratas eorum in collectis deficientium portiones? Vide per Lucam de Penna in dict. l. unic. *ut nullus ex vicin.* lib. 11. ubi arguit ad partes ex eo, quod tale debitum non, ut à singulis, sed ut ab universis exigitur: tandem dicit, quæstionem sibi dubiam, et vidisse formam Cancellariæ sapientissimi Regis Roberti, per quam in hoc providebatur: forte esset in hoc distinguendum juxta id quod habetur in l. *nomina*, *C. arbit. tutel. l. si tutor constitutus*, D. *de administr. tutor.* an negligentia collectores Regis intervenit in exigendo, antequam desierint esse solvendo, vel ne; et vide per Joan. de Platea in l. unic. *C. de his qui ex officio quod admin. conven.* lib. 11.

(5) *Dezimos*. Concordat cum authent. *ut non fiant pignor.* collat. 5. et authent. *et omnino*, *C. ne uxor pro marito*; et vide tu etiam dictas LL. *Ordinamenti*.

(6) *Prendiessè a otro*. Concordat cum authent. *ut nulli iudicium, cap. quia verò*, collat. 9. et authent. *imo à debito*, *C. de action. et oblig.* et cum hic generaliter dicat à otro, intelligerem, sive sit filius debitoris, de quo dicebatur in dict. §. *quia verò*, et in l. 3. tit. 14. lib. 5. *Ordinam. Regal.* sive sit alius, cum sit eadem ratio.

(7) *A sus herederos*. Sequitur Glossa in dict. authent. *imo*, *C. de action. et oblig.* ubi Baldus infert, quod si statutum dicit, quod bona homicidæ applicentur filiis defuncti; quod si illi moriantur, transmittunt ad heredem.

(8) *Segun aluedrio*. Ubi enim pœna non exprimitur, recurrit ad arbitrium iudicis, ut hic, et in l. 1. §. *expilatores*, D. *de effractor.* et an teneantur pœna privati carceris? Vide l. 3. tit. 14. lib. 5. *Ordinam. Regal.* et quæ dicam in l. fin. tit. 29. infra, ista *Partit.*

LEY XVI.—Que pena meresse el señor, que entra por fuerza el heredamiento que ouiesse dado a otro en feudo, o en otra manera semejante.

Dando vn ome a otro para en toda su vida el usufructo, o las rentas, de algun castillo (a), o casa, o viña, o otra heredad, reteniendo para si el señorío de aquello que da; o dandogelo como en manera de feudo (b), que lo aya por siempre el, e su linaje, reteniendo en ello, quel den a el, e a sus herederos, cada año algund tributo, o que les fagan algund seruicio señaladamente; si despues desto gelo toma, o gelo fuerça sin derecho, a aquel que lo dio, o a sus herederos, o el, o los suyos los echan, o los desapoderan dello, deuen-gelo entregar (1) con los frutos, e las rentas, si algunos ende tomaron; e demas, deuen perder porende para siempre el prouecho, o derecho (2), o el señorío, que auian retenido para si en aquella cosa, e finca quita, e salua, a aquel a quien la auian dado en alguna de las maneras sobredichas, o a sus herederos. E si otro ome estraño gela tomasse, o gela aforçasse (3), deuegela tornar en essa misma manera, con los frutos, e las rentas que ende esquilmasse: e demas desto, deuele dar otra tal cosa (c), de que aya los frutos, e las rentas para

en toda su vida, e en la manera que las auia en la cosa que le tomo, o forço.

(a) Ya no hay castillos de particulares sino que todos son del Estado.

(b) Hace mucho tiempo que no existen los feudos; pero son muy frequentes las enfitéusis.

(c) Las penas del duplo ó llámense del otro tanto, caducaron hace tiempo; y hoy se hallan derogadas expresamente todas las leyes penales anteriores á la promulgacion del Código penal de 1848, por su art. 494. Por tanto, en los casos de esta ley deberá tener aplicacion lo dispuesto en el cap. 3, tit. 14, lib. 2 del mismo Código, que trata de la usurpacion.

LEY XVI.—Proprietarius usufructuarius emphyteutam, aut feudatarium, seu alio modo rem ad vitam habentem, vel amplius, vi repellens, perdit proprietatem, expulso, vel hæredibus ejus applicandam, et restituit rem cum fructibus perceptis; et si extraneus expulsi, restituit rem et fructus, dabitque vim passo aliam talem rem ex qua fructus percipiat ejus vita durante, prout habebat in re, à qua fuit spoliatus. Hoc dicit.

(1) *Entregar*. Adde l. 3. §. fin. D. *de vi, et vi armat.* et l. 1. §. *ex die*, et §. *qui autem vi*, eod. tit.

(2) *Prouecho, o derecho*. Sequitur dictum Glossæ in l. *si quis in tantam*, *C. unde vi*, cum tractat de rebus, vers. *quæro, an in iuri-bus*; adverte tamen quod lex ista aliter intelligit in practica dictam glossam, quam Doctores ibi intelligunt; dicti enim ibi Cynus, et Alber. Bald. et Salicetus post eum, quod fructuario à Domino dejecto erit practica, ut si dominus expellat eum, qui erat in quasi possessione, vel quasi usufructu, si quidem verè habebit jus usufructus, tunc condemnatur dominus in æstimatione illius juris; si verò non habebat jus, tunc res efficitur usufructuaria, et expellens tenebitur restituere expulsum in quasi possessione, et privabitur libertate, et acquiretur servitus usufructus expulso. Lex verò ista Partitarum aliter dicit, imò quod dominus expellens fructuarium, qui verè jus habebat in usufructu, vel feudatarium verum qui habebat utile dominium, est condemnatus in amissione sui domini: et sic expulso fructuario ab eo, perdet ipse proprietatem, quam habebat, et feudatario ab eo expulso, perdit directum dominium, ut clarè patet ex verbis hic positis, et ista practica est conformior litteræ dictæ l. *si quis in tantam*, et l. 10. supra, eod. quam practicam Cyni, et aliorum, de quorum dicto satis admiror, et etiam de Azonis, qui idem quod Cynus et alii voluit, *C. unde vi*, in summa, col. 5. vers. *quid autem si res*. Nota ergo, et tene menti istam legem Partitarum, in isto casu; in casu tamen alio, quando fructuarium, vel feudatarium verè non habet jus, sed prætendebat se habere, et tanquam talis utebatur, tunc si ratione istius juris expellatur à domino causa juris sui conservandi, tantum servabitur practica Cyni, et aliorum. Quid autem è contra si fructuarium, seu feudatarium expellat dominus proprietatis, seu directi domini? Dicti Doctores post Glossa in dict. l. *si quis in tantam*, dicunt, quod tunc, si non erat fructuarium, reddet rem et æstimationem, ut in dict. l. *si quis in tantam*; si autem erat usufructuarium, tunc distinguunt, aut fecit obtentu juris sui tantum, et tunc privatur tantum illo jure, aut fecit obtentu totius, et tunc non solum privatur jure suo, sed etiam condemnatur in æstimatione proprietatis: et in dubio præsumitur, quod obtentu juris sui sit ingressus, argumento l. *merito*, D. *pro socio*, nisi contrarium probaretur, secundum Alberic. ibi, et idem dicit in prætendentibus jurisdictionem, secundum Cynum post Jacob. de Arena in dict. l. *si quis in tantam*, ubi Salicetus col. 4. vers. *quæro 5. quid in superficiario*.

(3) *Gela tomasse, o gela forçasse*. Intellige respectu juris, quod fructuarium, vel feudatarium habebant; nam si occupasset non pro tali jure, sed animo privandi possessorem à possessione, tunc judicaretur, ac si rem alienam occupasset, ut sic solveret ejus æstimationem, secundum Glos. in dict. l. *si quis in tantam*, in dict. quæst. et declarat ibi Angel.

LEY XVII.—Por quales fuerzas que el Perlado fiziesse, caería en pena, tambien el, como el su Cabildo.

Perlado, o Mayoral de alguna Iglesia, o de algun Monesterio, o lugar religioso, o Maestre de alguna Orden,

entrando por fuerça, o tomando alguna cosa, con mandado, o con plazer de su Cabildo (1), o mandandolo entrar a otro, tambien el Cabildo, como el, caen en la pena (2), que de suso diximos de los forçadores. Esso mismo dezimos que seria, si entrasse otro alguno en nome dellòs, e despues lo ouiessem por firme (3) el Perlado, e el Cabildo (4). Otro tal dezimos que seria, si algun Concejo (5) de alguna Ciudad, o Villa, o los que fuessen dados (6) señaladamente, para ver, e recabdar el pro comunal de aquel lugar, mandassen entrar, o tomar alguna cosa por fuerça; o la entrasse, o la tomasse alguno por si mismo, sin mandado dellòs, e despues desso lo ouiessem ellos por firme. Mas si otro alguno entrasse, o tomasse por si mismo, sin mandado del Perlado, e del Cabildo, o del Monesterio, o sin mandado del Concejo, o de los Mayorales, non lo auiedo ellos despues por firme; estonce aquel solo (7) que lo tomo, o lo entro, o lo mando tomar, cae en la pena sobredicha, e non los otros (a).

(a) Véase el cap. 3, tit. 14, lib. 2 del Código penal de 1848.

LEY XVII.—Prælati etiam Religiosi, et ejus Capitulum, seu Concilium Civitatis, vel Villæ aliquam rem per vim intrantes, aut violentiam ratam habentes, pœna vim facientium tenentur; si autem privatus citra eorum mandatum, aut ratificationem hoc fecerit, ipse solus tenetur. Hoc dicit.

(1) *De su Cabildo*. Vide Glossa in dict. l. *si quis in tantam*, in 1. quæst. *de personis*, vers. 7. *de Abbate, etc.* et Gloss. 16. quæst. 6. in summa, et in cap. 1. quæ glossæ sunt contrariæ, nam prima vult ecclesiam teneri cum sit communicato consilio; glossa verò illa decreti tenet contrarium, scilicet quod non præjudicetur ecclesiæ: vide in glos. sequenti.

(2) *Caen en la pena*. Non apperit an ex hoc præjudicetur Ecclesiæ, prout Glossa voluit in dict. l. *si quis in tantam*, et dixi in gloss. proxima, nisi dicas, quod et ista lex vult idem, quod Glossa in dict. l. *si quis in tantam*, cum subdit, quando alia Universitas sæcularis in hoc deliquit, in quo non est dubium, nisi quod et ipsa Universitas præjudicetur, quando communicato consilio facit, prout est de mente Glossæ, et Doctorum ibi; et certè Doctores communiter in dict. l. *si quis in tantam*, sequuntur illam glossam: sed ut dixi, Glossa in dict. cap. 1. 16. quæst. 6. tenet contrarium, et etiam Glossa in cap. 1. *de dolo et contum.* ubi Abb. latè post alios discutit 4. 5. et 6. column. et idem vult Laurent. de Archi. in dict. cap. 1. ubi Glossa decreti Cardin. in dict. cap. 1. *de dolo et contum.* Glossa in cap. *privilegium*, 11. quæst. 5. omnes isti volunt indistinctè, quod quantumcumque delictum fiat communicato consilio non præjudicet ecclesiæ, ut ecclesia privetur re sua, qui cum expressè non possunt Prælati, et Capitulum sine causa legitima, et solemnitate debita alienare bona ecclesiæ, ut in cap. *sine exceptione*, 12. quæst. 2. multò fortius, neque tacitè, maxime delinquendo, et distinctio quæ fit, an aliquid fiat communicato consilio Capituli, vel non, procedit quoad ea, quæ cadunt in potestate Prælati et Capituli, ut in obligando ecclesiam pro aliqua legitima causa, ut notatur in cap. *quod quibusdam, de fidejussor.* non autem quoad alia, quæ non cadunt sub potestate eorum; et ista opinio placet Abb. ubi supra, qui et considerat, quod Prælati, et Capitulum, non sunt domini bonorum ecclesiæ, sed tantum administratores; considerat etiam, quod et hæc non sit in tali casu legis alienatio, et ibi respondet ad dictum cap. 1. 16. quæst. 6. quod pro contrario allegatur, et tandem concludit, quod si res in qua est commissiva violentia, spectabat ad mensam Prælati, punietur ipse Prælati in vita sua; si vero ad Prælatum et capitulum, punientur etiam ipsi in vita delinquentium; si res erat ecclesiæ, non pertinebat solum ad mensam Prælati et Capituli, tunc condemnabuntur ipse de proprio ad æstimationem, et si non habent unde solvant, luent in corpore, ut in cap. *finem, de dolo et contum.* et hæc dicit procedere, quando delictum non potest pariter puniri in persona Prælati, et conventus ipsius ecclesiæ; aliàs autem

semper punientur ipsi delinquentes, et non extendetur manus quoquo modo ad res ecclesiæ: allegat glossam notabilem in cap. *de hoc*, et in cap. *quoniam, de simon.* et in effectu idem vult Anton. ibidem; hoc etiam voluit Baldus in *prælatiis feudorum*, in fin. ubi dicit, quod si Prælati et capitulum faciunt contra l. *si quis in tantam*, non privabitur ecclesia dominio, sed Prælati et capitulum condemnabuntur in æstimatione rei, sicut si invasissent rem alienam, et sic delictum non remanebit impunitum, et medietatem pœnæ solvet Prælati, et mediam capitulum, tamquam duo rei delinquenti, D. *de administr. tutor. l. si plures*. Joan. tamen de Imol. ibidem in dict. cap. 1. dicit communem opinionem esse, quod ecclesia in isto casu pivetur, et ei præjudicetur quando communicato consilio fit, et dicit istam esse communem opinionem Canonistarum, et cum illa transit Joan. de Imol. dicens pro communi opinione videri casum in cap. 2. *de ordin. cognit.* juncta Glossa ibi, et in cap. *Imperatorum, de juram. calumn.* in l. *jubemus nullam*, *C. de sacrosanct. eccles.* et ad illud, quod sicut non posset alienare per contractum, sic neque per delictum, respondet, quod non procedit tale argumentum, quod patere dicit in minore, qui per contractum non posset; posset tamen per delictum perdere, quia illa est legalis alienatio: licet tamen ista sit Legistarum communis opinio, et multorum Doctorum Canonistarum, fortè posset limitari, et intelligi, ut tunc demum procedat, et si illa re ecclesia privaretur, remaneret ecclesiæ alia bona, ex quibus posset ecclesiæ deserviri in divinis, et ipsius ministri sustentari; si vero ex privatione talis rei ecclesia maneret ita depaupertata, quod ei non possit deserviri in divinis, tunc ecclesiæ non præjudicetur juxta dictum notabile Speculat. tit. *de aonat.* §. 1. vers. *quid si aliquis Baro*, ubi tenet, quod si Baro ædificavit monasterium, et illud dotavit multis bonis, et postea Prælati et capitulum, seu monachi omnes delinquant, et ingratitude committant contra istum Baronem, quod non per hoc destruetur monasterium, sed Prælati et monachi inde expellentur, et alii eorum loco subrogabuntur, et bona non auferentur monasterio; et ex isto dicto colligit istam limitationem Joan. de Imol. ad dictam communem opinionem in cap. fin. col. 5. et 4. *de donat.* et idem crederem eadem ratione, si ecclesia pateret aliud damnum, ut in reparatione fabricæ, vel aliàs, et adde ad hoc Alex. consil. 81. in fin. 4. vol. Tu cum habueris majus otium, cogita latius, quia negari non potest, quin opinio Glossæ in dict. cap. 16. quæst. 6. et Abb. et aliorum, sapit magnam æquitatem, et contraria maximum rigorem, et ut dixi, lex ista Partitarum non hoc aperit, et posset intelligi, ut Prælati et Capitulum puniantur de suo, seu privatio fiat in damnum ipsorum delinquentium, et non in damnum ecclesiæ, et fortè istius legis conditores cautè in hoc fuerunt loquuti, et adde Carol. Molin. in *commento consuet. Parisiens.* §. 50. quæst. 14. qui dicit communem esse sententiam Doctorum in dict. cap. 1. *de dolo et contum.* et in cap. *dilectus, de simon.* et in infinitis lecturis, et consiliis, quod propter delictum totius conventus, vel capituli non punitur ecclesia, nisi ad vitam delinquentium, et quod cum ista tanquam communi transit Ripa in repetit. l. fin. *C. de revoc. donat. quæst.* 82. loquitur tamen in delicto ingratitude, et non quando delinquitur super re ecclesiæ, ut est quæstio nostra, seu super spectantibus ad ecclesiam.

(3) *Por firme*. Adde cap. *cum ad sedem, de restit. spoliat.* et l. 1. §. *sed et si*, et in §. *dejecisse*, D. *de vi, et vi armat.*

(4) *E el Cabildo*. Quia sola rati habitio Prælati, vel solius Capituli sine Prælato, non noceret ecclesiæ, sed tantum ipsi, qui ratum habuit, l. *cotem*, §. *dominus*, D. *de publican.* et tradit Paul. de Castr. post Guilliell. de Cugn. in l. *jubemus nullam*, *C. de sacros. eccles.* vers. *Item dicit pater*, et hoc ex verbo *ouiessem* præcedenti.

(5) *Algun Consejo*. Nota istam legem, ex qua habes, quod Universitas delinquit, et præjudicatur in jure suo, etsi delinquat faciendo, et ista est communis opinio Doctorum, et Glossæ, l. *metum*, §. *animadvertendum*, D. *quod metus causa*, l. *sed ex dolo*, §. *sed ad municeps*, D. *quod met. caus.* in l. *sicut*, D. *quod cuiusque univers.* per Bart. in l. *aut facta*, §. *nonnunquam*, D. *de penis*, per Doctores in cap. *dilectus, de simon.* et tradit Bart. in rebellionem Civitatis in extravag. *qui sunt rebelles*, in glossa super parte *rebellando*. Abb. per illum textum in cap. *inter quatuor, de majorit. et obedient.*

(6) *Los que fuessen dados*. Isti namque totam Civitatem repræsentant, ut notat Glossa in rubric. *C. quæ fit longa consuet.* l. 1. §. *deinde quia*, et ibi Bald. D. *de origin. jur.* vide Decium consil. 404. Bart. in l. *principalibus*, D. *si certum petatur*, et probat ista lex quod